

## Bertus

ad impossibile. et propter hoc interimitur aliqua premissarum que erat causa illius impossibilis. Unde iste syllogismus sibi habet duas conclusiones: ut cum dicitur. est ne homo asinus hoc concessio. Contra nullus asinus est animal rationale mortale. homo est asinus ergo homo non est animal rationale mortale: sed hoc est impossibile. ergo et ista homo est asinus. et iste syllogismus est in quarto modo prime figure. Sciendum est enim quod non causa ut causa semper fit in syllogismis ad impossibile. Fallacia autem finem non causam ut causam fit quando non causa ponitur ut causa. et propter hoc apparet sequi impossibile. et illud quod apparet esse causa interimitur. ut si queratur. est ne brunellus homo quo concessio: Nullus asinus est animal rationale mortale. sed homo est asinus et brunellus est homo. ergo homo non est animal rationale mortale. hoc autem est impossibile. ergo brunellus non est homo. In hac enim dicta argumentatione non est causa ut causa quia interimitur id quod apparet esse causa et non est. sed brunellus est homo.

In ista parte determinat Petrus. b. de fallacia finem non causam ut causam. et primo permittit aliqua necessaria ad hanc fallaciam. sed ostendit quod est quando permittitur. tertio assignat causam apparet et causam non existentem. et quarto ponit unum exemplum datum ab Aristotele in quo permittit ista fallacia: Quo ad primum dicit quod duplex est syllogismus. primum sufficit ad propositum sed ostenditur et ad impossibile. Syllogismus ostenditur est qui habet unam solam conclusionem syllogisticam. ut omne animal est substantia omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia. Syllogismus autem ad impossibile est quando aliquis syllogisticus ducitur ad impossibile. et ob hoc interimitur aliqua premissa que est causa illius impossibilis. Unde iste syllogismus sibi habet duas conclusiones. Sed debet sic intelligi non quod habeat duas conclusiones eque immediate et eque primo. sed habet unam conclusionem syllogisticam que immediate sequitur ex premissis et habet aliam conclusionem que sequitur ex falsitate prioris conclusionis. syllogismus enim ad impossibile infert syllogisticam unam conclusionem fallaz

vel impossibilem. et cuius falsitate vel impossibilitate ulterius infert falsitatem vel impossibilitatem alicuius premissarum. et hoc modo debet intelligi illud dictum quo dicitur syllogismus ad impossibile habere duas conclusiones. verbi gratia ut concessio ab adversario quod homo sit asinus sic sic syllogismus ad impossibile. nullus asinus est animal rationale. homo est asinus. ergo homo non est animal rationale: sed hoc est falsum et impossibile: ergo non est asinus. ille totus processus vocatur syllogismus ad impossibile in quantum ex falsitate vel impossibilitate sue conclusionis interimitur aliqua premissarum. Solent etiam sic formari syllogismus ad impossibile. concessio quod homo sit asinus arguitur sicut prius. nullus asinus est animal rationale. homo est asinus. ergo homo non est animal rationale. conclusio est falsa. et aliqua premissarum non maior ergo minor. scilicet homo est asinus. Penes talem autem syllogismus sibi fit fallacia ista finem non causam ut causam. et non in syllogismo ostensio. non enim fit hec fallacia in primo syllogismo qui infert falsum vel impossibile. nam si esset defectus ille non esset finem hanc fallaciam sed finem aliquam aliarum. sed fit in reversione a falsitate conclusionis ad intermedium aliquarum premissarum. et ideo semper fit hec fallacia in syllogismo ad impossibile. Dicit ergo Petrus b. de fallacia finem non causam ut causam fit quando non causa ponitur ut causa. propter quam apparet sequi impossibile. et illud quod apparet causa et non est causa postea interimitur. ut concessio quod brunellus sit homo arguitur contra hoc sic. nullus asinus est animal rationale. sed homo est asinus et brunellus est homo. ergo homo non est animal rationale. sed hoc est impossibile. ergo brunellus non est homo. in hoc processu est fallacia finem non causam ut causam. quia ex falsitate conclusionis interimitur hec propositio brunellus est homo. quia apparet causa conclusionis impossibilis. et tamen non est causa eius. quia sine ipsa ex aliis ibi positis sequitur conclusio falsa. Patet ergo quod fallacia finem non causam ut causam permittitur quando ex falsitate conclusionis interimitur aliqua propositio superflua quibus facit ad falsitatem eiusdem conclusionis. sed propter convenientiam ipsi cum premissis inferentibus conclusionis non apparet aliqd facit in illa ratione sic in predicto exemplo potest. unde si illa propositio brunellus est homo remoueat eam bene inferet conclusio falsa. Sed dicitur ex premissis possibilibus per inferri conclusio impossibile. sed propter impossibilitatem conclusionis non oportet inferri impossibilitatem premissarum. sic patet in isto argumento. omne currus est asinus homo est currus. ergo omnis homo est asinus. conclusio est impossibile. tamen utraq; premissarum est possibilis.